SUMMARIUM.

Portugallien.

R_Ecipiantur autem omnes de licentia non modò Prioris *Prouincialis*, verùm etiam de consensu primò Patrum Consilij, deinde maioris partis Capituli.

Num. 1.
Cõst.Ord.2.par. c.1.§.2.in fine.

Agostiniani. P. Antonio de Tauora Procuratori Generali pro Informatione, & Voto.

Num. 2.
Rescrip. S.Cong. 28 Ianuar.1701

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini. Ex fide dignis relationibus accepi, in Prouincia Lusitaniæ Ordinis Sancti Augustini consuetudinem recipiendi Nouitios à Patre Prouinciali simul cum Deffinitoribus eiusdem Prouinciæ tam longo tempore perdurasse, vt dici possit eorumdem Deffinitorum immemorabilis possessio, quæ, vt tradunt Religiosi *seniores*, & *octogenarij*, *fundatur in quodam Decreto, quod in Archiuio dictæ Prouinciæ reperiebatur*, & hoc tribus clauibus occludebatur, quarum vna Prouinciali, & duæ aliæ duobus primis Deffinitoribus tradebantur. At cùm Orator, qui est modernus Prouincialis, *omnes claues* dicti Archiuij *ad se recepisse dicatur*, & ex illo extraxisse omnes Scripturas, Literas Apostolicas, & Decreta, quæ ad bonum regimen dictæ Prouinciæ conducebant, propterea in hoc annexo supplici libello instat pro abrogatione immemorabilis possessionis Deffinitorum in recipiendis Nouitijs, quod quidem in maximam Prouinciæ perniciem tendere asseritur, siquidem impleretur Nouitijs ignaris, & inutilibus, si solus Prouincialis pro tempore absque Deffinitoribus eosdem Nouitios acceptare posset, *quod etiam fecisse tradunt*, *non obstante supradicta immemorabili consuetudine*, eosdemque Nouitios sic acceptatos nunc esse potiùs oneri, quàm honori Religionis. Quare *omnes*, & *singuli Patres Deffinitores audita Iatris Prouincialis instantia de abroganda hac consuetudine*, *vno ore clamant* esse iniustam, vtpotè in Prouinciæ damnum tendentem, & enixè *petunt* ab hac Sacra Congregatione in immemorabili possessione conseruari. Quæ omnia, vt benignissimis Eminentiarum Vestrarum mandatis obtemperem, humillimè refero, atque submitto.

Num. 3.
Relatio Reuerẽdiss. P.Procuratoris Generalis Ordinis.

A
Fit mẽtio asserti Decreti fauore Diffinitorum.
P.Prouinciali Principali imputatur occultatio Scripturarũ Archiuij, & clauium receptio.

B

C

D

Frater Aloysius Ferrari Procurator Generalis Ordinis S. Augustini.

Agostiniani. P. Antonio de Tauora. Reperiantur Scripturæ. 10. Februarij 1702.

Num. 4.
Rescriptum S. Congreg.

Agostiniani P. Antonio de Tauora. Eminentissimus Gabriellius videat, & referat. 17. Februarij 1702.

Num. 5.
Deputatio Ponẽtis.

Hunc

Num. 6.
Prolog. Constit. Ordinit §.2.

Hunc ergo librum Constitutionum conscripsimus in quid agere quisque nostrum &c. debeat, continetur, in eo aliquid mutare, addere, & minuere nulli propria authoritate licebit.

Num. 7.
Prolog. Constit. Ordinis §. 3.

Nulla verò consuetudo, quantumuis inueterata contra has nostras Constitutiones valeat, aut toleretur, sed corruptela, & abusus potiùs existimetur.

Num. 8.
Constit.Ordin.3. par.c.14. §.5. cũ seqq. vbi de Iurisdictione PP. Diffinitorũ nulla facta mẽtione recipiendi Nouitios.

Poterunt hi supradicti &c. loquendo de Diffinitoribus, si Visitatares &c. vnus, vel ambo &c. decesserint, seu aliquo iusto, & rationabili impedimento detenti nullo mobo visitare potuerint alium, vel alios loco eorum instituere.

Deffinitorem, vel Discretum Capituli Generalis eligere poterunt, atque etiam Priorem Officio Prioratus priuare &c.

Poterunt etiam licentias ad prædicandum, & ad Confessiones audiendas dare, Fratres ad studium mittere &c.

Nnm. 9.
Constit.Ordin.2 par.c.2.§.2.mãdans per Priorẽ. proponi Nouitios Consilio, & Communitati.

Quòd si &c. *à Priore* proponatur primò Patribus Consilij, quòd si ab eis approbatus fuerit, proponatur Fratribus in Capitulo, & si à maiori parte eorum recipiatur, die, & hora, qua Prior prouiderit in Choro, seu in Ecclesia Fratribus in vnum congregats &c. coram Priore prosternat se, & interrogatus ab illo, quid petis &c.

Num. 10.
Constit.Ordin.3. par.cap.22.§.2.

Ad horum officium pertinet, vt quilibet eorum habeat clauem vnam &c. nec eam alicui vnquam committat &c. tertiam clauem habebit Prior &c. quæ claues dissimiles erunt &c. Itaque in Monastero sit Archiuium cum Armarijs, seu Capsis, in quibus Scripuræ, Priuilegia, Contractus, & omnia Iura ad Conuentum pertinentia asseruentur ita cautè, quòd nullo modo dannificari possint, cuius claues in deposito sub tribus claubus seruentur, nec inde aliqua Scriptura auferatur, nisi de licentia Prioris expressa, & presentibus duobus Depositarijs &c.

Num. 11.
Fides P. Secretarij Prouinciæ Portugalliæ, super consuetudinc registrandi Breuia, & Decreta omnia, & super non existentia alicuius Decreti, quo mandetur Recipiendos proponi Diffinitorio.

Lector Frater Emanuel à S Carolo Secretarius huius Prouinciæ Portugalliæ S. P. N. Augustini, attestor, omnia Breuia, & Decreta, & Sedis Apostolicæ, & Nunciaturæ huius Regni, & expedita tam in commune regimen Prouinciæ, quàm in fauorem alicuius Religiosi dictæ Prouinciæ, nec non omnes Patentales Literas, Decreta, & Ordinationes Reuerendissimorum Patrum Generalium, ac etiam omnia Acta Capitulorum Prouincialium, & Congregationum, Leges, & determinationes, quæ in ipsis conduntur; attestor etiam, & fidem facio, me, reuisendo õmnes libros dicti Registri tales esse numeratos absque vitio, sine additione, aut subtractione alicuius folij, & in nullo illorum inuenisse Breue, Decretum, Patentales Literas, Mandatum, aut

aut determinationem quamcumque, in quo præcipiatur, vel ordinetur Religionis Candidatos debere proponi Patribus Diffinitoribus, nec scio, nec vnquam audiui, tale viguisse, aut extitisse Decretum in dicta Prouincia. Quæ omnia in verbo Sacerdotis affirmo. Vlyssipone in Conuentu Matris Gratiarum die 27. Decembris 1701.

Frater Emmanuel à Diuo Carolo Secretarius.

Sequitur legalitas, & recognitio in forma.

Nos infrascripti Ex-Prouinciales Ordinis Eremitarum S.P.N. Augustini Prouinciæ Portugalliæ, attestamur, nullo vnquam tempore sciuisse, aut audijsse in dicta Prouincia aliquod existere Decretum, aut ddeterminationem, qua prę̨ciperetur, admittendos ad habitum debere proponi PP. Diffinitorij. Verum quidem est, quòd Inquisitiones de genere, vita, & moribus in Diffinitorio proponebamus ad videndum an essent veridicæ, cùm vnus ex Diffinitoribus sit Inquisitor, quæ omnia voluntariè, spontaneè, & vrbanitatis gratia, & non per obligationem operabamur; quia neque Constitutio, neque aliqua Lex, vel Decretum ad hoc nos obligabat. Attestamur etiam, nos sæpè sæpiùs commisisse examen Recipiendorum Religiosis doctis, & nobis benè visis, prudenter rationem habentes ad electionem commodioris loci. Examinandis designandi iuxta locales distantias, vtendo facultate nobis concessa in nostris Constitutionibus; & eadem facultate vsi fuere nostri Antecessores; quæ omnia in verbo Sacerdotis affirmamus. In Conuentu Vlissiponen. Virginis Gratiarum Matris die 17. Decembris 1701. Num. 12. *Alia fides PP. Ex-Prouincialium super non existētia asserti Decreti.* A *Solùm inquisitiones Recipiendorum proponebantur aliquādo ex vrbanitate PP. Diffinitoribus.*

Frater Alphonsus de Carualho Ex-Prouincialis.

Frater Petrus de Noronha Ex-Prouincialis.

Frater Ioannes Barretto ExProuincialis.

Frater Ioannes Moniz Ex-Prouincialis.

Sequitur legalitas, & recogntio in forma.

Attestamur nos infrascripti Patres ex antiquioribus, & senioribus Prouinciæ, Conuentuales in Conuentu B. M. V. Gratiarum, & Penha de Franca, quòd nullo vnquam tempore sciuimus, aut audiuimus dicere, quòd existeret Decretum, aut Mandatum aliquod in dicta Prouincia, quo præciperetur proponi in Diffinitorio Recipiendos ad habitum. Pariter attestamur, quòd nec scimus, nec audiuimus, quòd Regularis aliquis, nec ex Senibus, nec ex Iuuenibus horum Conuentuum, in quibus commorantur grauiores, & seniores Regulares Prouinciæ miraretur, calumniaretur, aut clamaret, quòd Recipiendi ad habitum proponendi essent Diffinitorio; & quia totum relatum est veritas, iuramus in verbo Sacerdotis. Vlyssipone 27. Decembris 1701. Num. 13. *Alia fides PP. antiquiorū Prouinciæ Portugalliæ super nō existentia prætensi Decreti de proponendis Diffinitorio Nouitijs.*

Frater Ludouicus à Cruce.

Magister Frater Franciscus de Carualho.

Magi-

Magister Frater Emmanuel Bottelho Decanus Magistrorum.
Præsentatus Frater Franciscus Henriquez.

Num. 14. *Alia fides Secretarij Prouinciæ Portugalliæ super numero Religiosorum, qui agunt annos eorū ætatis octoginta in eadē Prouincia existentes.*

Attestor ego Frater Emmanuel à Diuo Carolo, Secretarius Prouinciæ Eremitarum P. N. S. Augustini Portugalliæ, quòd in dicta Prouincia nullus extat Regularis, qui agat 80. annos ætatis, nisi RR. PP. Frater Antonius ab Angelis Decanus dictæ Prouinciæ, & Frater Ioannes Muniz Prouincialis absolutus, & illi, qui post eum sequuntur, sunt Pater Frater Ioannes à Fonseca, Magister Frater Emmanuel Bottelho, Frater Philippus à Sancto Augustino, Frater Antonius de Aguiar, Frater Ioannes Barretto, Frater Franciscus Henriquez, Frater Alphonsus de Carualho, Frater Stephanus de Afonseca, Frater Emmanuel à S. Michaele, Frater Ioannes à Purificatione, Frater Ioseph de Sylua, Frater Ludouicus à Cruce, Frater Hieronymus à Conceptione, Frater Ioseph de Almeyda, & alij, qui sequuntur, quod omne constat ex libro Professionum, ad quem me remitto. Vlyssipone 2. Ianuarij 1702.

Frater Emmanuel à Diuo Carolo Secretarius.

Num. 15. *Constit. Ordin. 2. par. c. 2. in princ.*

Si quis in Ordine nostro recepi petierit &c. priùs de eiusdem Parentibus, Patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur &c. Prior eum faciat diligenter examinari à duobus Examinatoribus ad hoc munus deputatis, etsi inuentus fuerit idoneus, legentur ei impedimenta.

Num. 16. *Alia fides Secretarij Prouinciæ Portugalliæ super receptione sex tantùm Nouitiorum tēpore moderni Prouincialis, & super propositis Diffinitorio inquisitionibus.*

Lector Frater Emmanuel à Diuo Carolo Secretarius Prouinciæ Portugalliæ Ordinis Eremitarum S. P. Augustini, fidem indubiam facio, & atestor admodùm R. P. Prouincialem Fratrem Antonium de Tauora toto sui Regiminis tempore sex tantùm Nouitios Choro destinatos acceptasse, quorum omnium Inquisitiones de genere, vita, & moribus Diffinitorio Priuato fuerunt popositæ, & præsentatæ. In cuius veritatis testimonium præsentem attestationem dedi, & propria manu subscripsi. Vlyssipone die 18. Decembr. 1701.

Frater Emmanuel à Diuo Carolo Secretarius.

Sac: Congreg. Episcoporum & Regularium
Emo, & Rmo D. Card.
GABRIELLIO
PONENTE
Portugallien.
P R O
R. Admodum Moderno P. Priore Prouinciali Portugalliæ Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini Præsentato
Fr. Antonio de Tauora.

Summarium.